SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 251r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Dominus liberauit Abracham de hur caldeorum i. de igne

Et melle hoc est melliflua contemplacione diuinitatis
Dns volens iudeos liberare precepit agnum ymolare
Sed quando voluit nos liberare fecit semetipsum cruciari
Hanc et liberacionem hominis deus prefiguravit
Quando patriarcham abracham de hur liberauit
Caldei hur hoc est igne prodeo coluerunt
Quia cum abracham remuneraret ipsum in igne proiecerunt
Deus autem verus quem ipse coluit et adorauit
De igne caldeorum ipsum misericorditer liberauit
Sicut ergo deus conseruauit abracham in igne sine combustione
Ita conseruauit sanctos in inferno sine omni lesione
Et sicut deus abracham eripuit et patrem multarum gencium fecit
Ita patres de inferno redemit et cetibus angelorum coniunxit
Hanc et redempcionem hominis deus prefiguravit
Cum loth cum suis de subuersione sodome liberauit
De sodomis tamen boni liberati fuerunt
Mali autem omnes igne et sulphure interierunt
Sic xpc bonos de limbo solummodo redemit
De inferno autem dampnatorum nullum eripuit
Nullus ergo dicat deus confregit infernum
Et quis qui repare potuit ipsum
Non est confractus sed qui a principio mundi illuc intrauerunt
Numquam fuerunt erepti sed semper sine fine ibi erunt
Opie deus dignare nos ab eo inferno custodire
Et in hac vita purgare misericorditer et punire
Hic crucia hic flagella hic plagas virgis in feras
Et nos appetitus flagellacionibus eripias
Quos enim amas dicis te velle hic castigare